



Fig. 159. *Mattiastrum Dielsii* (MANGER).

num, SW von Kabul (V. 2075). Kabul (L. 57). Babur-Berg bei Kabul (MANGER). — NE: Panjshir, 2000 m (K. 3990).

Mattiastrum Bungei (Boiss.) RECH. f. et RIEDL, comb. nova.¹⁾ descr. emend. — Fig. 160.

Planta tenuissima. Radix fusiformis, annua. Caulis 10–20 cm altus, a basi iteratim ramosus, vix 1 mm crassus, pilis rigidis horizontaliter patentibus 1 mm longis obsitus, pilis in regione florifera magis appressis. Folia basalia 1–2 evoluta vel deficientia, 1–1,5 cm longa, 1,5–2 mm lata, anguste lanceolata, apice rotundata, in petiolum sensim attenuata. Folia 10–13 mm longa, 2–3 mm lata, caulinata lanceolata vel subspathulata, indistincte petiolata vel sessilia, patule pilosa. Inflorescentia fructifera elongata laxa. Pedicelli ca. 1 mm longi, calycem circiter aequantes; pedicelli fructiferi valde elongati, 4–5 mm longi, interdum autem tantum 1,5–2 mm longi, primum erecti, demum patentes. Calyx usque ad basin divisus; laciniae extus hirsutae etiam fructificationis tempore vix elongatae. Corollae tubus calycem aequans

¹⁾ Syn.: *Echinospermum Bungei* Boiss., Fl. Orient. 4:252 (1879), *Paracaryum Bungei* (Boiss.) BRAND in ENGLER, Pflanzenreich IV. 252:47 (1921).




Fig. 160. *Mattiastrum Bungei* (K. 2690).

vel eo paulo longior; corolla coerulea, vix 2 mm longa, limbus 1,5 mm diametro, explanatus, lobis rotundatis. Fornices ad basin faucis insertae, longitudine latiores, incisionem fere circularem formantes. Antherae sessiles. Stylus post florendum calyce brevior, in fructu maturo vix 1 mm longus. Fructus plerumque pyramidalis rarius etiam apice late rotundatus, 2–3 mm longus, longe glochidiatus; ala membranacea, angusta, incurvata dentata, denticulis in glochidias excurrentibus, faciebus laevibus, marginem versus interdum coeruleo-suffusa. Nuculae a stylopodio dissolutae. — Species habitu gracillimo pedicellis fructiferis proportione valde elongatis floribus nuculisque minutis ab omnibus ceteris speciebus bene distincta; proxime affinis videtur *M. tibeticum* (C. B. CLARKE) BRAND quod autem disco fructus sparsius glochidiato, glochidiis margine omnino deficientibus differt.

C: Panjao, 2700 m (KOEIE 2690).

***Mattiastrum heratense* RECH. f. et RIEDL, n. sp. — Fig. 161.**

Herba perennis. Caulis singulus vel plures, 20–30 cm alti, ut folia pilis 0,7–1,5 mm longis hirsutus, imprimis in parte superiore ramosus. Rami plerumque breves ± erecti, interdum autem subhorizontaliter patentes. Folia basalia oblonga usque